



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam  
Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris  
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis  
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice  
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold**

**Francofurti ad Moenum, 1708**

**VD18 10184902**

De Vacatione per Renuntiationem. Tit. 3

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62028)

neficium, cui proprius alioqui præficeretur Gubernator, intelligere esse pars Episcopii : *d. Clem. I. de excessib. Pralat.*

Poslunt hodie post Concilium Tridentinum *sess. 7. de reformat.* 7  
*cap. 7. Ordinarii deputare Vicarios perpetuos in beneficiis curatis unitis, omnibus appellationibus, privilegiis, exceptionibus, &c. non obstantibus; nisi aliter videatur expedire: Navar. conf. 9. de præbend.*  
*num. 9. Flores de Mena, quest. 10. num. 39. Sac. Congregat. ad d. Concil. loc.*

### TITULUS III.

#### De Vacatione per Renuntiationem.

##### SUMMARIA.

1. *Vacat Beneficium per 4. Renunciari quomodo Renuntiationem.* *debeat.*
2. *Cujus auctoritate ea fieri 5. Renuntiationis quis effectus.*
3. *Beneficio suo quis recte 6. Quid ad illum necessarium renunciet.*

**V**acat etiam Beneficium per Beneficiarii spontaneam Renuntiationem, ejurationem appellat *Duarenus de benefic. lib. 8. cap. 2.* alii, sed male, Refignationem.

Fieri potest accidente *Aniſtitus Superioris consensu* 2  
 atque auctoritate; Nec enim licet, veniam non impetrata, alicui Ecclesiastim sibi commissam deserere. c. *admonet. de renuntiat. consigilium. i. qu. 1.* Nec non accidente consensu Patroni, si Ecclesia agnoscat Patronum. *Panorm. in c. significatum. 11. de præbend.*

*Renuntiare* Beneficio suo quisquis adulterus potest, justa probabilitate causa ductus; nec refert, sanus an infirmus sit, adeo ut infest mors.

**Corvinus**  
**De Personis**  
**er Benefic. Ecclesiast.**

**G** **IV.**  
32

**496 ARNOLD. CORVIN. De Benefic. Ecclesiast.**

mors. c. pen. eod. etiam Reus criminis, licet jam damnatus, modo appellaverit: c. qui à latronibus. de testam. impubes non potest. c. si numer. de judic. in 6. Duaren. d. loco.

**4** Renuntiari debet apud Superiorum, vel ab ipso Beneficiario presente, vel ejus Procuratore; mandatum ad id habente sponte: c. se per. de renunt. pure & simpliciter absque conditione ulla: c. cum p. dem. c. ult. de pac. Gloss. inc. ex parte. de offic. deleg.

**5** Ejurato Beneficio & alii collato omne jus in novum Beneficium transit, nec priore, qui renuntiavit, vitâ functio vacare Beneficium dicitur.

**6** Quod tamen intelligendum ita, si huic novâ collationi posterior consenserit. c. si tibi absenti: de prebend. in 6. Nam eo non acceptante, Renuncians pristinum jus retinet: nec nova collatione opus.

Catera ad hunc vacandi modum pertinentia fusiù tractavimus in tractatu nostro de personis Ecclesiasticis lib. I. tit. 13. Ubi & cognitu titulo 15. de Beneficiorum permutatione.

**TITULUS IV.**

**De Vacatione unius per Promotionem  
ad aliud incompatibile.**

**S U M M A R I A.**

**1.** Unus Beneficia plura 4. Qua pœna, contraria obtinere non potest, & violantes statuta. Cur.

5. Distinguenda hic tem-

**2.** Quod & Conciliorum pora. canonibus statutum: Et 6. Quid servatum ante quorum.

Concilium Lateranense

sub Alexandre III.

**3.** Quare. 7. Quid